



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum fortitudo sit donum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ad materiã fortitudinis, ut est specialis virtus, sed extendi ad totã materiã fortitudinis, ut est virtus generalis, ut in artic. i. ad 3. in litera habes, & excedere illã quoad finẽ sã respectu bonorum, quã malorum, ut in corpore ibi sem habes, & hæc de fortitudine dicta sufficiant.

3. dist. 34. q. 1. art. 2. cor. & q. 3. art. 1. q. 1.

1. 2. q. 68. art. 6.

Li. 1. c. 32. ante med.

Li. 2. c. 7. in medio to. 3.

Q. 123. art. 2. & 1. 2. q. 61. art. 3.

Q. 123. art. 2.

1. 2. q. 68. art. 2.

¶ Secundo, Quid respondeat ei in beatitudinibus, & fructibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fortitudo sit donum.

AD PRIMVM sic proceditur. Vt, q̄ fortitudo non sit donum. Virtutes. n. à donis differunt: sed fortitudo est virtus: ergo nõ debet poni donum.

¶ 2. Præt. Actus donorum manent in patria, ut sup. habitum est: sed actus fortitudinis non manet in patria, dicit enim Grego. in 1. Moral. ¶ q̄ fortitudo dat fiduciam trepidanti contra aduersa, quæ nulla erunt in patria, ergo fortitudo non est donum.

¶ 3. Præt. Aug. dicit in 2. de doct. Chr. q̄ fortitudinis est ab omni transeuntium mortifera iucunditate seipsum sequerare: sed circa noxias iucunditates, seu delectationes magis consistit temperantia, quã fortitudo. ergo uidetur quod fortitudo non sit donum respondens virtuti fortitudinis.

SED CONTRA est, quod Ila. II. fortitudo inter alia dona Spiritus sancti computatur.

RESPON. Dicendum, q̄ fortitudo importat quãdam animi firmitatem, ut supra dictum est: & hæc quidem firmitas animi requiritur & in bonis faciendis, & in malis perferendis, & præcipue in arduis bonis, vel malis. Homo autem secundum proprium, & connaturalem sibi modum hanc firmitatem in vtroq; p̄t habere, ut non deficiat a bono propter difficultatem uel alicuius ardui operis implendi, vel alicuius grauis mali perferendi; & secundum hoc fortitudo ponit virtus specialis, uel generalis, ut supra dictum est. Sed altius a Spiritu sancto mouet animus hominis ad hoc, quod perueniat ad finẽ cuiuslibet operis inchoati, & euadat quacũque pericula imminetia: quod quidem excedit naturã humanã.

Quandoque enim non subest potestati hominis, ut consequatur finem sui operis, uel euadat mala seu pericula, cũ quãdoque opprimatur ab eis in morte; sed hoc operatur Spiritus sanctus in homine, cũ perducit eum ad uitam æternam, quæ est finis omnium bonorum operum, & euasio omnium periculorũ. Et huius rei infundit quãdam fiduciã menti Spiritus sanctus contrarium timorem excludens: & secundum hoc fortitudo donum Spiritus sancti ponitur. Dictum est enim supra, quod dona respiciunt motionem animæ à Spiritu sancto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod fortitudo, quæ est uirtus, perficit animum ad sustinendũ quæcumque pericula, sed non sufficit dare fiduciam euadendi quæcumque pericula, sed hoc pertinet ad fortitudinem, quæ est donum spiritus sancti.

AD SECUNDVM dicendum, quod dona non habent eosdem actus in patria quos habent in uia, sed ibi habent actus circa perfruitionem finis. Vnde actus fortitudinis ibi est perfrui plena securitate laboribus, & malis.

AD TERTIVM dicendum, quod donum fortitudinis respicit uirtutem fortitudinis non solum secundum quod consistit in sustinendo pericula, sed etiam secundum quod consistit in quocumque arduo opere faciendo. Et ideo donum fortitudinis dirigitur a dono consilij, quod uidetur præcipue esse de melioribus bonis.

Vtrum quarta beatitudo, scilicet beatitudo iustitiam, respondeat donum fortitudinis.

AD SECUNDVM sic proceditur. Quarta beatitudo, scilicet beatitudo iustitiam, non respondet donum fortitudinis. Donum enim fortitudinis pertinet ad beatitudinem iustitiam, sed potius donum fortitudinis pertinet ad beatitudinem sapientie, ut supra habitum est. Præt. Esuriet, & sitis iustitiam, & iustitiam boni: sed hoc proprie pertinet ad beatitudinem sapientie, non ad donum fortitudinis.

¶ 2. Præt. Esuriet, & sitis iustitiam, & iustitiam boni: sed hoc proprie pertinet ad beatitudinem sapientie, non ad donum fortitudinis.

¶ 3. Præt. Fructus consequentia beatitudinis, quia de ratione beatitudinis est, ut in ethicis, sed in fructibus beatitudinis, quod pertinet ad beatitudinem sapientie, quæ beatitudo aliqua ei respondet.

SED CONTRA est, quod dicitur in sermone Domini in monte, Fortitudo in uentibus: laborant enim deficiente ueris bonis, amore a terrentibus, & timore.

RESPON. Dicendum, quod fortitudo est, & August. ¶ attribuit beatitudinem ordinem enumerationis, quæ aliqua conuenientia: & ideo quædam scilicet de esurie, & siti iustitiam, & iustitiam dono fortitudinis, & conuenientia: quia sicut dicitur in arduis consistit. Est autem tale donum, quod non solum opera uirtutum muniter dicuntur opera iustitiam, cum instabili quodam deficiente significari per famem, & sitim iustitiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dicit super Matth. ¶ Iustitia hic uolum particularis, sed etiam uolum ad omnium uirtutum operum, in quibus arduum interit fortitudo.

AD SECUNDVM dicendum, quod dix omnium donorum & virtutum est: ¶ & ideo quicquid pertinet ad beatitudinem ad charitatem pertinet.

AD TERTIVM dicendum, quod nuntur duo, quæ sufficienter conuenientiam malorum, & longam diuturnã expectationem, & quædam.

QVAESTIO CXL.

De Præceptis fortitudinis.

¶ DEINDE considerandum est de fortitudinis. Et primo, De præceptis fortitudinis.

¶ Secundo, De præceptis fortitudinis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conuenienter in lege sit præceptum fortitudinis.

AD PRIMVM sic proceditur. Non conuenienter in lege sit præceptum fortitudinis.